



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

Art. II. De Causa efficiente Physica Incarnationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

## ARTICULUS II.

## De causâ Efficiente physica Incarnationis.

I. Q. 1. *An præter Deum alia fuerit causa efficiens principalis Incarnationis?* Resp. cum communi omnium Theologorum negativè; eò quòd nulla creatura per se cum causa principalis ens supernaturale, quale est unio hypostatica, producere possit.

II. Q. 2. *An tota SS. Trinitas Incarnationem produxerit?* Resp. affirmativè, quia juxta commune Theologorum dogma, opera ad extra toti Trinitati sunt communia; tale autem est ipsum etiam opus Incarnationis.

III. Q. 3. *An B. Virgo solum instrumentum aliter concurrerit ad unionem hypostaticam producendam?* Resp. affirmativè SS. Ambrosius & Bernardus, eò quòd hæc opinio B. Virginis dignitati & Maternitati sit conformior, non improbabiler tamen id negant Suar. Tann. & alii.

IV. Q. 4. *An etiam Christi Humanitas fuerit causa efficiens instrumentaliter Incarnationis?* Resp. negativè ex communi sententia, si de prima productione unionis hypostaticæ sit sermo; cum, ut supra dictum est, in variis Conciliis definitum sit, Christum non prius extitisse, quàm fuerit homo. In Concilio Constantiensi quinto pariter definitum sit, necessitatem prius tempore, quàm unionem extitisse. Si tamen de conservatione unionis hypostaticæ sit sermo, Tann. n. 227. du. 5. cum Suarez putat, sine absurdo concedi posse Humanitatem instrumentaliter concurrere ad istam unionem; si enim B. Virgini conceditur hoc privilegium à SS. Patribus, ut priori numero dictum est, quantò magis Humanitati Christi concedenda erit.

## ARTICULUS III.

## De causa morali Incarnationis.

I. Q. 1. *An Christus meruerit suam Incarnationem?* Resp. I. Christum non meruisse suam Incarnationem, nec mereri potuisse ullo merito antecedente; Ita communiter Theologi sentiunt, & meritò, quia merita Christi accepta sunt suam dignitatem ab ipsa unione hypostatica, atque adeo eò